



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Septimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Item concessio privilegiorum. Episcopo, Capitulo, alisque.

Ac jus nomi-
nandi ad d.
Ecclesiam
Regis Fran-
ciae.

Clauſula.

litate mutandi, limitandi, corrigendi, declara-
ndi, interpretandi, & in meliorem formam re-
digendi, seu alia de novo etiam ex integrō con-
dendi, & edendi, & per eos, ad quos pro tem-
pore spectabat sub pennis in contravenientes sta-
tuendis, observari faciendi, plenam, liberam, &
omnimodam facultatem etiam concedimus, &
impartimus; necnon Episcopo; ut praeſertur,
ac Dignitates in praedicta Ecclesia Bleſen. obti-
nentibus, ac Capitulo, & Canonicis ejusdem
Ecclesiæ, aliisque Capituli, & Ecclesiæ hujus-
modi personis, & Ministris pro tempore existen-
tibus, ut omnibus & singulis privilegiis, immu-
nitatibus, exemptionibus, libertatibus, præ-
minentibus, prærogativis, concessionibus, facul-
tatis, Indultis, favoribus, & gratiis, quibus
aliis, qui & aliarum Ecclesiæ Dignitates obti-
nentes Capitula, & Canonici, aliaque Civitates,
& Dioceses ac eorum Cleri, Incole, & habitato-
res, eorumque res, & bona fruuntur, potiu-
ntur, & gaudent, seu uti, frui, potiri, &
gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in fu-
turum, & quoad habitus delationem, ut præfer-
tur uti, frui, potiri, & gaudere libere, & li-
cite possint, & valeant, concedimus, & indulge-
mus: ac eidem Ludovico, ejusque successoribus
Francie Régibus attenta suppressione, & extin-
ctione prædictarum Mensarum Abbatialium, &
eorum fructuum pro dote, seu dotis parte Epis-
copatus Bleſen. unione Mensis Episcopalis Bleſen., & Carnotis, prædictis de consensu dicti Lu-
dovici Regis, ut supra factis Jus nominandi ad di-
am Ecclesiam Bleſen. quandcumque, & quo-
tiescumque illa Pastoris solatio destituta fuerit
juxta formam, & dispositionem Concordatorum
prædictorum etiam perpetuo reservamus, con-
cedimus, & assignamus.

¶ 8. Præsentes quoque nullo unquam tempo-
re de fibratione, vel obreptione, aut nullita-
tis vitio, seu intentionis Noſtræ, vel quovis alio
defectu etiam ex eo, quod causa propter quas præ-
missa emanarunt coram Nobis, vel alibi verifi-
catæ, & approbatæ, ac quicunque in præmissis
interesse habentes, seu habere prætententes ad
id vocati, citati, & auditi non fuerint, & præ-
missa non confenserint, aut alio quovis defectu
notari, impugnari, invalidari, retractari, in
Jus, vel controverbitur vocari, ad terminos Ju-
ris reduci remedium impetrari, vel sub quibus-
vis simili, vel dissimili gratiarum revoca-
tionibus, suspensionibus, limitationibus, aut
aliis contrariis dispositionibus etiam per Constitu-
tiones Apostolicas, aut Cancellaria Apostolica
Regulas quandcumque etiam in crastinum af-
sumptionis Successorum Nostrorum ad Summi
Apostolatus apicem, vel alias quandcumque
editas, vel sub quibusvis tenoribus, & formis
emanatas, & in posterum eden, & emanandas
nullatenus comprehendendi, sed semper ab illis ex-
ceptas, & quoties emanabant, toties in pristinum
& validissimum statum, etiam sub quacunque
posteriori data per pro tempore existentes Epis-
copum, Dignitates, Capitulum & Canonicos
hujusmodi eligenda restitutas, repositas, & plé-
narie reintegratas, ac de novo concessas semper
validas esse, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Epis-
copo, Dignitatibus, Capitulo, & Canonicis hu-
jusmodi pro tempore existentibus perpetuo suf-
fragari; sive & non alias per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate
fungentes, sublata eis qualibet aliter judican-
di, & interpretandi facultate, & auctoritate ju-
dicari, & definiri debere, & si secus super his a
quocumque quavis auctoritate scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari irritum, & inane de-
cernimus.

¶ 9. Non obstantibus Noſtris & Cancellaria
Apostolica Regulis de gratiis, & Indulgentiis

adinstar non concedendis, ac de exprimendo ve-
ro annuo valore, necnon de jure quæſito noui
ſoilendo, ac de unionibus committendis ad par-
tes vocatis quorum interest, ac Lateranen. Con-
ciliis novissime celebrati uniones perpetuas nisi in
casibus a Jure permisſis fieri prohibentis, ac
quibusvis Apostolicis necnon in Synodalibus, Pro-
vincialibus, & Generalibus Conciliis editis, vel
edendis Constitutionibus, quibus omnibus, etiam
de illis eorumque totis tenoribus specialis, spe-
cifica, & expresa, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generalēs idem impor-
tantēs mentio, & expressio ad hoc servanda fo-
ret, illis in suo robore permanfuris, hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse juxta Decre-
tum Congregationis rebus Consistorialibus præ-
posita harum serie derogamus, contrariis qui-
buscumque.

¶ 10. Nulli ergo omnino hominum licet
hanc paginam noſtra separationis, dismembra-
tionis, leggregationis, divisionis, exemptionis,
liberationis, decorationis, erectionis, institutionis,
concessionis, attributionis, assignationis,
subventionis, suppressionis, extinctionis,
unionis, annexionis, applicationis, appropri-
ationis, translationis, voluntatis, mandati,
impartitionis, suppressionis, extinctionis, re-
servationis, Indulti, Decreti, & derogationis
infringere, aut ei ausu temerario contraire;
si quis autem hoc attentare præſumpſerit indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit in-
cursum.

Datum Rômæ apud S. Mariam Majorem, Anno
Incarnationis Dominica Milleſimo ſexcentimo
nonagesimo septimo, septimo Kalendas Julii, Pon-
tificatus Noſtri Anno Sexto.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum
de Cultu Immemorabili Servæ Dei Mariæ de
Capite.

Conf. ed. 1696. Jun. 30. P. 5. extat confirmatio
Cultus B. Mariae de Jocos. Et Clem. XI. Conf.
ed. 1710. Mar. 16. P. 10. Cultus B. Lucia de
Narnia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

A Postolice servitio officium, quod inscrutabilis Divina Sapientia, atque clementia
altitudi humilitati atque infirmitati noſtra credere dignata est salubriter exequi adſpirante ſuper-
nari favoris auxilio jugiter fatigentes, Beata-
rum Christi Ancillarum in Cœlis cum eo regnanti-
um, in quibus nimis utpote vasculis imbe-
cillioribus opus dextera excelsi mirabilis, ac
illustriſ apparuit, cultum, & venerationem in
Terra libenter promovens, ſicut pia ſubli-
mum pérſonarum non minus virtutis, quam
Regii culniq[ue] ſplendore conſpicuarum vota po-
ſulant, & Nos ad Omnipotentis Dei gloriam,
Ecclesiæque Sanctæ decus, atque adificationem
expide in Domino arbitramur.

¶ 1. Cum itaque nuper nempe die 3. curren-
tis Mensis Auguſti in cauſa Toletana Beatifica-
tionis, & Canonizationis Servæ Dei Mariæ de
Capite vulgo della Cavezza nuncupata, uxoris
dum vixit Sancti Iſidi Agricolæ, ad enixa
preces charifimi in Christo filii Noſtri Caroli
Hispaniarum Regis Catholici, ac charifime in
Christo filiæ Noſtræ Mariannæ caruſdem His-
paniarum Reginæ Catholica ejus uxoris, accéden-
tibus etiam in id supplicationibus Ven. Fratrum
Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon
dilectorum filiorum Senatum, ſeu Magistra-

XCV.

Dat. 17. Aug.
1697. An. 7.

Exordiū m.

D. Decreto
confirmata
fuit sententia
a Judicibus
Delegatis
prolata cir-
ca dictum
cultum, &
caju[m] ex-
ceptum.

tuum plurimarum Civitatum Regnum Hispaniarum, praesertim vero Senatus, seu Magistratus oppidi Madridi Tolitan. Dicēsis, & ad iteratas, ac supplices instantias dilectissimi filii Alphonsi de Torralba ejusdem Caroli Regis in Romana Curia Agentis, seu negotiorum gestoris, ac Cause Beatificationis, seu Canonizationis hujusmodi postulacoris, reprōposito in Congregatio-ne Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum per dilectum filium Nostrum Joannem Franciscum ejusdem S. R. E. Cardinalalem Albanum nuncupatum dubio, quod prius nempe die 13. Iulii pro-xime præteriti per ipsum Joannem Franciscum Cardinalem, dilata tamen tunc ejus resolutione, propositum fuerat: an scilicet sententia Judicium ab eadem Cardinalium Congregatione Delegato-rum prolatam super cultu ab immemorabili tem-pore ipsi Serva Dei Maria exhibito, & casu ex-cepto a Decretis fel. rec. Urbani PP. VIII. Prædecessoris Nostri essent confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agebatur, relatisque con-tentis in precibus desuper fabricatis, eisque fe-rio, & diligenter discussis, & examinatis, dicta Congregatio Cardinalium auditio etiam prius in scriptis, & in voce Ven. Fratre Prospero Ar-chiepiscopo Myren. Promotore Fidei, de ejus-modi cultu immemorabili constare, prædictas que sententias confirmandas esse censuit.

Præces Re-gis, & Regi-na Hispania-rum.

Confirmatio-nis p.r.d. Decre-ti.

Clausulae.

§. 2. Hinc est, quod Nos piis, ac devotis eorumdem Caroli Regis, & Mariannae Reginae precibus Nobis super hoc humiliter porrectis fa-vorabiliiter assensum quantum cum Domino pos-sumus, præbere cupientes, Decretum a memo-rata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, quod scilicet de cultu immemorabili dicta Serva Dei Marie de Capite, & casu excepto a Decretis prædicti Urbani Prædecessoris conser, Apostolica auctoritate tenore præsentium confir-mamus, & approbamus, illique inviolabilis Apo-stolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in premisis auctoritate prædictæ Congre-gationis Cardinalium,

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sor-tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spe-ctabit, in futurum plenissime suffragari: Sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatini Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irri-tum, & inane, si securus super his a quoquam qua-vis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit atten-tari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoliceis, ceterisque contra-riis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorumdem præ-sentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta muniris, eadem prouersus fides ubique locorum, tam in Judicio quam extra il-lud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die XI. Augusti MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

XCVI.

Prohibetur, ne amplius Laici Congregationis Ministrantium Infirmis gaudente voce activa vel passiva.

De eorumdem electione in Consultores vide Inn. XI. Conf. ed. 1684. Aug. 31. P. 8.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

S Olicitudo Pastoralis officii, quo Ecclesia Ca-tholica regimini divina dispositione præside-mus, Nos admonet, ut paternam Congregatio-num virorum Religiosorum uberes bonorum operum fructus adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium curam gerentes, illa-rum quieti, felicique regimini, quantum Nobis ex alto conceditur consulere studeamus.

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Innocentio PP. XI. Prædecessori Nostro pro parte tunc existentis Præfecti Generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis exposito, quod licet per quamdam Constitutionem re. me. Gregorii XIV., etiam Prædecessoris Nostri su-per confirmatione Instituti dictæ Congregationis emanatam ordinatum suisset, ut eadem Congre-gatio per unum Praefectum Generalem, & qua-tuor Consultores idoneos, qui perpetui essent, hoc est ad sui vitam in suis officiis respective du-rarent, regi deberet, nec ulla de Fratribus Laici-um Congregationis ad officia Consultorum hujusmodi eligendis, seu assumendis in eadem Constitutione mentio facta fuisset, nihilominus per Constitutiones Congr. prædictæ subinde con-ditas, & a p. me. Clemente PP. VIII. Præde-cessore pariter Nostro confirmatas, abrogata of-ficiarum perpetuitate, specialiter ordinatum fuerat, ut ex quatuor Consultoribus prædictis duo Sacerdotes, & duo Fratres Laici eligerentur; Cum enim præcipuum dictæ Congregationis Institutum sit ministerium spirituale curatio-nis animalium, quod ad Sacerdotes, secundarium vero ministerium misericordiae corporalis infirmis impendendæ, quod ad Fratres Laicos respective spectat, existimatum fuerat conve-niens esse, ut quandoquidem Congregatio prædictæ tunc temporis Nosocomiorum servitio, per Sacerdotes quidem quo ad procriptionem salutis animalium, per Fratres Laicos vero quo ad ve-ram corporalem Infirmorum operam dabat, di-cti Fratres Laici, qui onus misericordiae corporalis cum assistentia, & continua habitatione in Nosocomiis hujusmodi sustinebant in partem Re-giminis assumerentur; verum quia tunc prævi-debatur fieri posse, ut sedes Apostolica ministerium inserviendi cum continua habitatione in di-ctis Nosocomiis tolleret, aut illud per Patronos & Administratores eorumdem prohiberetur, ideo ordinatum, atque stabilitum fuerat, ut in his casibus contingaretur Institutum inserviendi In-firmis cum assistentia diurna, & nocturna in Domibus privatorum, ac carceribus & ubicumque opus fuisset. Et in eadem expositione subjunctione, quod Constitutiones quidem prædictæ eatenus servatae fuerant. Servitium vero, & residentia in Nosocomiis hujusmodi omnino cessaverat, nec, præter Januense, ullum Nosocomium ad curam Religiosorum dictæ Congregationis remanerat, ac proinde Fratres Laici, quibus onus misericordiae corporalis incumbat, nullum præstabant servitium, nisi associationem Sacer-dotum, quibus secundum Institutum supradictum præcipua cura assistendi Moribundis, eorumque animalium salutem procurandi incumbit, inde-que Fratres Laici ad Gubernium præfata Congregationis erant omnino inutiles, quippe qui rudes, & literarum imperiti aliena suffragia, & auctoritatem cœco obsequio, ut plurimum se-quebantur. Idem Innocentius Prædecessor sup-plicationibus memorati Præfecti Generalis no-mine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ut de cetero nullus Frater Laicus dictæ Con-gregationis in Consultorem ipsius Congregationis eligeretur, seu assumeretur, sed quatuor Consultores Congregationis hujusmodi omnes

Epilogus laudata Con-stitutions Inn. XI., qua statutum fuit, ne amplius Laici elige-rentur in Consultore.

Causa præ-Statuti.

ANNO
1697.

INNOCENTIUS DUODECIMUS. 295

ex Presbyteris expresse professis ejusdem Congregationis eligi, seu assumi deberent, auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit, & alias prout in ejusdem Innocentii Prædecessoris literis defuper in simili forma Brevis die 31. Augusti 1684. expeditis, quam tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expressio, & inserto haberi volumus uberioris continetur.

Causæ hu-
jus Prohibi-
tionis, ut
supra.

Prohibitio
motu pro-
prio facta.

Clausula.

§. 2. Cum autem (sicut acceperimus) iisdem rationibus atteritis, propter quas sicut præmititur, interdictum fuit, ne Fratres Laici dictæ Congregationis in Consultores ipsius Congregatio- nis eligerentur; seu assumerentur similiter interdicti expediatis, ne ipsi in eadē Congregatione sub quovis prætextū voce activa, & passiva gaudere valeant. Hinc est, quod Nos memoratæ Congregationis tranquillitati, rectoque gubernio, per amplius pròspicere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne de cetero quisquam Frater Laicus Congregationis supradicta voce activa, & passiva in ipsa Congregatione ullatenus gaudere possit, seu debeat, tenore præsentium perpetuo interdi- cimus, & prohibemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus forti, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitiis, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & substanciali defecti notari, impugnari, infringi, retrahiri, aut in controversiam vocari, seu ad terminos Juris, vel Constitutionum prædictarum reduciullo modo unquam posse. Sicque & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritatē scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roburatis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodobet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infinitis habentes, illis alias in suo labore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra il-

lud habeatur, quæ habetur ipfis præsentibus, si forent exhibita, vel ostensiæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma- jorem, sub Annulo Piscatoris, die XX. Augu- sti MDCXCVII. Pontificis Nostri Anno Septimo.

ANNO
1697.

Confirmandur statuta pro tribus Seminariis in Diecisi Angelopolitana.

Conſ. ed. 1696. Jun. 7. P. 5. extat confirmatio Sta- tutorum pro Collegio Hungarico, & Germanico de Urbe. Et Bened. XIII. Constitut. edita 1725. Maii 30. P. 1. confirmatio statutorum pro Semi- nario Cœnenaten.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dat. 10. Sept. 1697. An. 7.

Ad futuram rei memoriam.

E Xponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Emanuel Episcopus Angelopolitanus, quod alias, nempe anno 1644. bo. mem. Joannes de Palafax, & Mendoza, dum vixit, Episcopus Ange- lopolitanus, ejus Antecessor tria Seminaria Juvenum bonis literis imbuendorum, unum videlicet sub S. Petri Principis Apostolorum, alterum sub Sancti Joannis, ac reliquum sub Sancti Pauli Apostoli respective invocationibus, a quorum uno ad aliud, juxta scientiarum in illis tradendarum ordinem, transitus fieret, congrua eis reddituum assignatione facta, comparataque Bi- blioteca decenter munita, ac publica commo- ditati expoita, ad formam factorum Canonum, & præsertim Decretorum Concilii Tridentini, obtentoque desuper cla. mem. Philippi IV., dum vixit, Hispaniarum Regis Catholici consenuit, reservato tamen ei ipsorum Seminiorum jurepa- tronato, erexit, instituit, & fundavit eorum erectionem hujusmodi a fel. rec. Innocentio Pa- pa X. prædecessore nostro per ejus literas desuper in simili forma Brevis die 22. Maii 1648. ex- peditas confirmari, & approbari obtinuit, prout in publico super præmissis confecto Instrumento fuisus apparere, ac in dictis Innocentii præde-cessoris literis uberioris respective dicitur contine- ri. Postmodum vero dictus Emanuel Episcopus prædictum Seminarium Sancti Pauli, quia illud nondum perfectum reperiebatur, nec ei de ne- cessariis pro sufficienti Juvenum in eo educando- rum habitatione, ac ceteris ad viatum, & de- corem pertinentibus provisum erat, perfici cu- ravit, eique congrue providit, necnon pro or- dinariis, seu extraordinariis illius expensis sup- portandis mille, & quingentas patacas auri com- munis monete illarum partium ipsius Rectori ex communibus redditibus prædictorum Seminiorum Sanctorum Petri, & Joannis, ab eorum Administratore, & Thesaurario annis singulis persolvendas cum cautelis, & circumstantiis in similibus opponi solitus applicavit, ac insuper de- claravit, & decrevit, quod totus dicti Seminarii Sancti Pauli situs cum ejus Terrenis, & confi- binis, prout ex Planta, instrumentis, & tiru- lis situs hujusmodi proprietatem demonstrati- bus constare dicitur, ad ipsum Seminarium Sancti Pauli legitimo, & proprietario titulo specta- ret, ac proinde in eo, tanquam in proprio ejus- dem Seminarii fundo ædificari posset quidquid de cetero pro majori illius commodo, & utili- tate construi expediens fuisset. Ceterum pro fe- lici, prosperoque dicti Seminarii Sancti Pauli, & Collegialium in eo pro tempore commoran- tum, necnon prædictorum Seminiorum San- torum Petri, & Joannis regimine, & gubernio tam idem Emanuel Episcopus, quam dictus Joannes similiter Episcopus ejus Antecessor nonnulla statuta, & ordinationes respective fecerunt, seu ediderunt, quæ ex publico die 29. Aprilis 1690,

Orbi, &
progressus
d. Semina-
riorum a
Joanne de
Palafax ere-
ctorum, &
ab Em-
anuele abfolu-
torum Epis-
copis Ange-
lopolitan.

Statuta a
prædd. Epis-
copis edita.

1697.

De numero Colegia-
lium S. Pauli.De Biblio-
thecario.De oneri-
bus Cole-
gialium S.
Pauli.De rece-
ptione & nu-
mero Cole-
gialium S.
Petri.De eorum
Studiis:De Studiis
Colegia-
lium S. Joan-
nis.De Studiis
Colegialium
S. Pauli.

& aliis itidem publicis desuper confectis Instrumentis, in quibus uberiori contineri dicuntur de-
sumpta, & in capitula distributa sunt tenoris, qui
sequitur, videlicet:

Primo. Quod Collegium numerus in dicto Seminario Sancti Pauli pro tempore commorantum non excedat octavum.

Secundo. Quod Bibliothecarii munus personæ habili, & idoneæ per Ordinarium Angelopolitanum pro tempore existentem eligendæ tunc pro obsequio personarum ad Bibliothecam accedentium cum pro illius conservatione librorum notitia, & assistentia demandetur, qua teneatur diebus ferialibus indispensabiliter Bibliothecæ assi-
stere.

Tertio. Quod Collegiales Sancti Pauli teneantur Collegiis Sanctorum Petri, & Joannis Theologiae Scholasticae, & Moralis Conclusiones præsignare, qua ab eisdem sustinenda erunt, & deficiente Collegiali Theologo in Collegio Sancti Joannis Artium Conclusionibus prædicta, qua Conclusiones tñ in hebdomada sustinenda erunt, ac toties quoties opus fuerit, eis præsidere de-
beant, necnon dicti Collegiales S. Pauli obligati sint ad legendum, Cathedrales Philosophia, & Theologia regendum, ac Grammaticam, & Rhetoricam eos edocendum semper, & quan-
documque ob absentiam, infirmitatem, aliudve legitimum impedimentum prædictorum Seminariorum Cathedratici, & Magistrorum qui præ-
dictarum Cathedraram gubernio assisternequivent, a qua assistentia Collegiales Sancti Pauli prædicti nullatenus excusentur, dictique Collegiales S. Pauli quotiescumque Grammaticam, Rhetoricam, Philosophiam, vel Theologiam supplendo defectum, & absentiam Magistrorum alias duabus Collegiis regerint, & Collegiales edocuerint pro rata temporis supplerent expen-
das, five alimenta Collegio restituere non te-
neantur, etiam si Beneficia obtinuerint, sed pro-
portionabiliter pro mercede laboris eis condon-
etur restituto.

Quarto. Quod si dicti Collegiales ob hujusmodi assidentiam cuilibet alteri obligationi sint ad-
stricti, imposta liberati, & exempti omnino remaneant.

Quinto. Idem Episcopus Orator, inhærendo erectioni per dictum prædecessorem alias factæ, statuit formam in dicta fundatione statutam, necnon Constitutiones ab eodem prædecessore emanatas, tam videlicet circa receptionem Colegialium Seminarii S. Petri, qui usque ad tri-
ginta circiter recipientur, quique præcipue pau-
peres filii patrimoniales legiti, & naturales, ac oriundi novarum Hispaniarum, & prædictæ Dicæcœsi si existant, fin minus, aliarum Vicario-
rum Dicæcœsum.

Sexto. Idem prædecessor alias statuit, quod nobiles, & divites non excludantur, dummodo solvant centum viginti patacas monetae illarum partium quolibet anno, & in eis concurrent qualitates relatæ.

Septimo. Quod ceteris præferantur filii eorum, qui servitia Regi alias exhibuerint, seu ex-
hibeant.

Octavo. Quod Collegiales, qui ingredien-
tur in Seminarium S. Petri, sint in ætate duodecim annorum, inibique remaneant usque ad decimum septimum, seu decimum octavum an-
num, & discant Grammaticam, & Rethori-
cam.

Nono. Quod exinde transeant ad Collegium S. Joannis, ibique maneant, donec Philosophiam, ac sacros Canones didicerint.

Dicomo. Quod abinde transeant ad prædi-
ctum Collegium S. Pauli, ut præmixtum Sacramen-
torum, & rerum, qua ad perfectionem optimi Ecclesiastici eorum necessaria, ad effectum, ut perfecte idonei ad Beneficia, & Officia cu-

rata, ceteraque munia Ecclesiastica obeunda eva-
dant; quique assisterne debant certis temporibus servitio Ecclesiæ Cathedralis, ac divinis Officiis interesse.

Undecimo. Quod si Collegiales divi Pauli Sacerdotali charactere initiati fuerint, & assi-
stant moralibus conferentiis, aliisque exercitii Ecclesiasticiis eis ad majorem splendorem, & augumentum a dicto Collegio subministrabitur illud, quod sufficiens erit, etiam ad graduationem Baccalaureatus in Artibus, & in ma-
jori facultate in eodem Collegio remaneant tanquam Hospites more Collegiorum Hispanie, obligatione tali, ut si postea redditus Ec-
clesiasticos, & Beneficia Ecclesiastica obti-
nuerint, & commode restituere poterunt id, quod illo temporis spatio dispenderunt, ab ipsis fit faciendum, & eodem modo teneantur Sacerdotes prædicti ad rationem centum quinquaginta Patacarum pro quolibet anno, quod non solum ex debito conscientia posita Beneficii affectione, verum etiam, & justi-
tiae, qua compelli possint, restituere teneantur Collegio expensas ad rationem taxatam a Fundatore.

Duodecimo, & ultimo. Quod ex eadem Bi-
blioteca superius relata per Prædecessorem præ-
dictum sufficienter libris, aliisque necessariis re-
ferta, ac munita, idem Prædecessor prohibuit,
ne Libri hujusmodi quavis de causa, vel præ-
textu ab ea ullaenue extrahantur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, dictus Emmanuel Episcopus Capitula, Statuta, & Ordinationes hujusmodi, quo solum subsistant, & serventur exactius, Apostolice Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderer. Nos ipsius Emmanuelis Episcopi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penitentiis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum se-
rie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Con-
cilii Tridentini Interpretum consilio, & attenta dicti filii nostri Petri Matthaei ejusdem S. R. E. Cardinalis Petruccii nuncupati a Congregatione eorumdem Cardinalium ad hujusmodi negotiū examinandum deputati, revisione, pre-
inserta Capitula, statuta, & Ordinationes, au-
toritate Apostolica tenore præsentium confir-
mamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, salva ta-
men semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eadēm præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sic que in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Seminariorum prefatorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indul-
tis, & Literis Apostolicis in contrarium præmisso-

De Privile-
giis Cole-
gialium S.
Pauli.De Biblio-
theca.Preces Em-
manuelis
Episc.Confirma-
tio relato-
rum Statut-
orum.

Clausula.

ANNO

1697. &

1698.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

297 ANNO

1698.

rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus, pro plene, & sufficierter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat die X. Septem. MDCXCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Concessio
prædicta.

Claueulæ.

XCVIII.

Conceditur Eremitis Excalc. Sancti Augustini Congregationis Gallicanae Provincie Francie facultas canendi cum notis in Expositione Sanctissimi Sacramenti, & Missis Defunctorum.

Inn. XI. Conf. ed. 1679. Jun. 22. P. 3. agitur de facultate aggregandi ad Confraternitates Cintulatorum. Et Clem. XI. Conf. ed. 1701 Jan. 29. P. 1. conceditur facultas cantus Gregoriani in horis Canonicas.

Dat. 17. Mar.
1698. An. 7.

Causa Con-
cessionis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, Assistentes Generales, & Substituti Diffinitorii Congregationis Gallicanae Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini Excalceatorum nuacupatorum, quod cum iam pridem multi Christifideles, ac præseritum Charissimus in Christo filius noster Jacobus Magnæ Britanniae Rex Illustris, necnon Charissima itidem in Christo filia nostra Maria ejus Magnæ Britanniae Regina Illustris, imo, & quamplures ab heresi ad fidem Catholicam conversi ab ipsis expostulent, ut in Expositionibus, & Benedictionibus Sanctissimi Eucharistie Sacramenti, que frequenter in Provincia Francie ejusdem Congregationis, ac pricipue in Conventibus Civitatis Parisiensis, & Suburbii Sancti Germani in Laya nuncupat, dictæ Civitatis, magno populi concurso sunt, Hymni, versus, aliaque, que ea occasione cani solent, modo plano decantari valeant; In Statutis vero Congregationis prædictæ totum Officium sine notis cantari præcipiatur; ipsi Exponentes Hymnos, ac preces hujusmodi, que in Expositionibus, ac Benedictionibus prædictis canuntur, quæque ad Divinum Officium nullatenus pertinere videntur, dicto modo plano, & cum notis, prout similiter Missas Defunctorum præfatis scilicet Christifidelibus idipsum exposcentibus, solemniter decantare posse, ac proinde opportunam ad præmissa facultatem pro Conventibus Provinciarum supradictæ dumtaxat sibi a nobis concedi plurimum desiderant.

Preces Su-
periorum, &
Officialium
Congrega-
tionis.

S. 1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis proequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inanodatis existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutiones fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationem Venerabilis Fratris Marci Archiepiscopi Damasceni apud Charissimum pariter in Christo Filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Chri-

tianissimum nostri, & Apostolicæ Sedis Nunci super præmissis transmissam, necnon dilectum Filium Valerianum a Sancta Cecilia Procuratorem Generalem dictæ Congregationis audierunt, consilio, eisdem Exponentibus petitum Indultum pro Cantu piano, cum notis in Hymnis, & precibus prædictarum celebrationum tantum auctoritate Apostolica tenore præsentum benigne concedimus.

S. 2. Decernentes easdem presentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caifarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Provincie, & Conventuum prædictorum, etiam juramenta, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robatur, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indulsiis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficierter expressis, ac de verbo insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVII. Mart. MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

XCIX.

Dat. 3. Maij
1698. An. 7.

Causa De-
creti d. Con-
gregationis.

Confirmatur Decretum Congregationis Sancti Officii de Vicariis Foraneis, aut aliis ab Ordinariis Americae in locis a Curia Episcopali ultra duas dietas distantibus pro statu libero contrahentium eligendis.

De autoritate Vicariorum Apostolicorum in Oriente vide Conf. ed. 1697. Feb. 6. P. 8.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

PRO parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici exponi Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis vir modernus Comes de Altamira ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, quod cum ipse dicti Caroli Regis nomine Congregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in universa Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generalium Inquisitorum a Sede prædicta specialiter deputatorum exposuisset, ipsi Carolo Regi innotuisse scandalum in partibus Americae eidem Carolo Regi subiectis vigentia, eo quia Ordinariis earumdem partium indistincte omnes suos subditos matrimonium contrahere volentes ad probandum suum statum liberum in cuiuslibet eorum Curia Episcopali compellentibus, ii, qui a Curia hujusmodi longe aberant, post conclusum matrimonii tractatum, sive quia testes, qui ad Curiam prædictam accedere vellent, non inveniebant, sive quia pecuniis pro illuc deducendis testibus hujusmodi necessariis carebant, matrimonio minime celebrato cum scandalo, & peccato in mutua consuetudine, & commercio perseverabant, ac proinde dictus Comes me-

mora

1698.

morati Caroli Regis nomine Congregationi praefatae supplicasset, quatenus ad ejusmodi inconvenientia tollenda Ordinariis praedictis præcepit, ut quoad loca a Curia Episcopali ultra duas dietas distanti Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, sive aliis personis sibi benevitis facultatem recipendi probationes super statu libero matrimonio contrahere volentium concederent, ita probatioibus hujusmodi sic factis ad matrimonii celebrationem devenir valeret, Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Feria quarta die nona Aprilis 1698. In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Mariae super Minervam coram Emissis, & Rmisi Dñis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis - Lecto retroscripto Memoriali, Eminencissimi, & Rmisi DD. Cardinales Generales Inquisidores praedicti annuerunt praedicti instantie, & mandarunt, quod per DD. Episcopos depotentur ad hunc effectum, vel Vicarii Foranei, vel alii eis beneviti - Joseph Bartholus Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Notarius -- Cum autem, sicut eadem expeditio subiungebat, firmiora sint, & serventur exactius illa, quæ Apostolici munimini praefidio roborantur, Nobis propterea praedicti Caroli Regis nomine supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providerem, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 1. Nos igitur piis ejusdem Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præsentum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitate observari: siue in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem profrus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua haberetur ipsis præsentibus, si foret exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die III. Martii MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

C. Confirmatur Constitutio Julii II. pro unitate servanda in Ordine Carthusien. cum adjectione pœnæ excommunicationis in contravenientes.

Priori Carthusien. factum fuit preceptum non egrediendi Conf. 1692. Nov. 4. P. 2. Et Clem. XI. Conf. ed. 1712. Maij 2. P. 12. interdittus fuit eis carnium.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis divitias evecti, ea, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, stabienda inter Religiosos viros a saeculi turbis segregatos, & Altissimi obsequiis sub laudabili strictioris observantia instituto addictos tranquilitatem studio provide, atque sapienter constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata serventur, Apostolici praesidii nostri patrocinio, cum id a nobis petitur, libenter corroboramus, illisque ne temerario cujusquam ausu violentur, novas sanctiones adjungimus, sicut conspicimus in Domino ratione esse contentaneum.

S. 1. Alias siquidem pro parte tunc existentem Prioris majoris Domus Carthusie Gratianopolitan. Diocesis, & Diffinitorum Capituli Generalis Ordinis Carthusien. fel. rec. Julio Papa II. prædecessori nostro exposito, quod licet omnes Domus dicti Ordinis citra, & ultra montes, ac ubilibet existentes, illarumque Religiosi sub una obedientia, videlicet Prioris, & Diffinitorum predictorum existent, & quos una Religio, ac Professionis vinculum alligaverat, nulla emulatio, nulla praesidendi ambitio, aut quavis alia causa ab invicem separare debuisset, sed charitatis vinculum in unitate pacis, eos conservare, nihilominus humani generis inimico procurante, & instigante, contingere poterat quod aliqui Religiosi Ordinis predicti alii obedientiis subjici rentaliant, & ab eorum vero Superiore, & Capite discedere, unde non solum illorum, sed etiam aliorum Religioforum ejusdem Ordinis animarum periculum evenisset, ipsaque Religio in dies scissuram passa fuisset, ac successu temporis, quæ inter ceteras asperioris, seu strictioris observantia existebat, paulatim ad laxiorem vivendi modum declinasset. Idem Julius prædecessor supplicationibus eorumdem Prioris, & Diffinitorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, quod omnes, & singulæ persona dicti Ordinis tunc, & pro tempore existentes cujuscumque status, & conditionis, vel præminentia essent, vel fuissent, quæ per se, vel per alium seu alias directe, vel indirecte, publice, vel occulte procuraissent aliquam divisionem in Ordine predicto, seu exemptione aliquam Domorum ipsis Ordinis, ac illius Religioforum a communi obedientia Prioris, & Capituli generalis predictorum eo ipso omnibus obedientiis, & officiis in eodem Ordine perpetuo private, & ad similia obedientias, & officia perpetuo inhabiles existentes, ac omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis, & Indultis dicto Ordini & illius personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, & concedendis sine spe rehabilitationis ad illa, perpetuo careret, literaque Apostolica desuper impetranda gratiam, seu justitiam concorrentes, nullius essent penitus roboris, vel momenti, auctoritate Apostolica perpetuo statuit, & ordinavit, & alias prout in ipsis Julii prædecessori literis desuper sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1508. decimo sexto Kalendas Julii Pontificatus sui anno Quinto expeditis uberius continetur.

S. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Maria de Rochefort Procurator Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse quo Ordo prædictus, in ea, quæ de praesenti gaudet, & haetenus, benedicente Domino gavisus fuit unitate, & integritate in perpetuum conservetur, ac quodcumque in eo scissuram percutiūlum in posterum avertatur, supradictas Julii

præde-

Decretum
praedictum.Preces Regis
Catholici.Confirmatio
tio relati
Decreti.

Clausula.

C.